(*c*) Hæc quoque sunt ad Josephi sententiam et pene verba : Ἐγένοντο δὲ ἐκ Χαναάνου παῖδες· Σιδώνιος δὲ καὶ πόλιν ἐπώνυμον ἔκτισεν ἐν τῇ Φοινίκῃ, Σιδὼν δ' ὅρ' Ἑλλήνων καλεῖται· Ἀμάθιος δὲ Ἀμαθινὴν κατῴκισεν, ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν ὑπὸ τῶν ἐπιχωρείων Ἀμάθη καλουμένη, Μακεδόνες δ' αὐτὴν Ἐπιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν· Ἀρουδαῖος δὲ Ἀραδὸν τὴν νῆσον ἔσχεν. Ἀρουκαῖος δὲ Ἀρκὴν τὴν ἐν τῷ Διβάνῳ. *Chamaani autem filii fuerint, Sidonius, qui et sui nominis urbem in Phœnice exstruxit, Sidon etiam a Græcis vocatur : Amathius autem Amathinem habitavit, quæ etiam adhuc superest, et ab incolis Amathe appellatur; Macedones vero eam Epiphaniam ab uno e successorum Alexandri filiis denominaverunt. Arudæus autem Aradum insulam habuit : Arucæus vero Arcen urbem in Libano sitam.*

qui, ruinée plus tard dans les vicissitudes diverses de la guerre, laissa seulement son nom primitif à l'emplacement. Les Aradiens possédèrent l'île d'Aradus, séparée du littoral de la Phénicie par un détroit très-resserré. Aux Samaréens appartint Emessé, noble cité de Cœlé-Syrie. De nos jours encore les Syriens, comme les Hébreux, donnent à la ville d'Amath le nom qu'on lui donnait jadis; elle a été nommée Epiphanie par les Macédoniens, qui ont régné en Orient après Alexandre. Quelques-uns pensent qu'Antioche s'est appelée autrefois Amath. D'autres, à tort, établissant leur opinion sur un mot presque semblable, pensent qu'*Emath* est le nom de la première halte au sortir d'Antioche, sur la route d'Edesse, et qu'elle est la même que l'Emach des anciens.

« La limite des Chananéens fut depuis Sidon jusqu'à ce qu'on arrive en Gérara à Gara, sur la route de Sodome, de Gomorrhe, d'Adama et de Séboïm jusqu'à Lisé. » *Ibid.* 19. Les autres villes, Sidon, Gérara, Sodome, Gomorrhe, Adama, Séboïm, sont connues de tous; il suffit de noter que Lisé est la même qui s'appelle aujourd'hui *Callirhoé*, où jaillissent des sources d'eau chaude qui s'écoulent dans la mer Morte.

« Les fils de Sem furent Elam, Assur, Arphaxad, Lud et Aram. » *Ibid.* 22. Ceux-ci occupent une partie de l'Asie, depuis le fleuve de l'Euphrate jusqu'à l'océan Indien. C'est d'Elam qu'on pris leur nom les Elamites, peuple principal de la Perse. Nous avons déjà dit d'Assur qu'il fonda la ville de *Ninus*. D'Arphaxad sont issus les Chaldéens; de Lud, les Lydiens; d'Aram, les Syriens, dont la métropole est Damas.

« Les fils d'Aram furent Us, Ul, Géther et Mès. » *Ibid.* 23. Us, fondateur de Trachonitide et de Damas, eut la souveraineté entre la Palestine et la Cœlé-Syrie, et les Septante, dans le livre de Job, où le texte hébreu dit *terre de Us*, ont traduit *Ausitide* pour *Usitide*. De Ul viennent les Arméniens; de Géther, les Acarnaniens ou Cariens. Quant à *Mès*, que les Septante écrivent *Mosoch*, il fut la tige des Méoniens actuels.

« Arphaxad engendra Séla, et Séla engendra Héber. D'Héber naquirent deux fils: Phaleg fut le nom de l'un d'eux, parce que c'est à son époque que fut partagée la terre, et son frère s'appela Jectan. » *Ibid.* 24. Héber, d'où les Hébreux, donna par une sorte de divination, à son fils, le nom de Phaleg, qui signifie *division*; c'est en effet sous Phaleg qu'eut lieu la division des langues à Babylone.

« Jectan engendra Helmodad, Saleph, Asermoth, Jaré, Aduram, Uzal, Décla, Ebal, Abimaël, Séba, Ophir, Evila et Jobab. » *Ibid.* 26.

mine Sini quæ postea vario eventu subversa bellorum, nomen tantummodo loco pristinum reservavit. Aradii sunt, qui Aradum insulam possederunt angusto freto a Phœnicis littore separatam. Samaræi: quibus (*a*) Emessa nobilis Syriæ Cœles civitas. Amath usque ad nostrum tempus, tam a Syris quam ab Hebræis, ita ut apud veteres dicta fuerat, appellatur. Hanc Macedones, qui post Alexandrum in Oriente regnaverunt *Epiphaniam* nuncupaverunt. Nonnulli Antiochiam ita appellatam putant. Alii licet non vere, tamen opinionem suam quasi verisimili vocabulo consolantes, *Emath* primam ab Antiochia mansionem Edessam pergentibus appellari putant; et eamdem esse quæ apud veteres dicta sit Emach.

« Et fuit terminus Chananæorum a Sidone, donec venias in Gerara usque ad Garam pergentibus Sodomam, et Gomorrham, et Adamam, et Seboim usque ad Lise. » *Genes.* x, 19. Quia cæteræ civitates, Sidon videlicet et Gerara, et Sodoma, et Gomorrha, et Adama, et Seboim notæ sunt omnibus, hoc tantum annotandum videtur, quod *Lise* ipsa sit, quæ nunc *Callirhoe* dicitur, ubi aquæ calidæ prorumpentes in mare Mortuum defluunt.

« Filii Sem, Elam, et Assur, et Arphaxad, et Lud, et Aram. » *Genes.* x, 22. Hi ab Euphrate fluvio partem Asiæ usque ad Indicum Oceanum tenent. Est autem Elam, a quo Elamitæ principes Persidis. De Assur ante jam dictum est, quod *Ninum* urbem condiderit. Arphaxad a quo Chaldæi; Lud a quo Lydii; Aram a quo Syri, quorum metropolis est Damascus.

« Filii Aram, Us, et Ul, et Gether, et Mes. » *Genes.* x, 23. Us Trachonitidis et Damasci conditor, inter Palæstinam et Cœlen Syriam tenuit principatum; a quo Septuaginta Interpretes in libro Job, ubi in Hebræo scribitur, *terra Us*, regionem *Ausitidem*, quasi *Usitidem*, transtulerunt. Ul, a quo Armenii; Gether, a quo Acarnanii, sive Carii. Porro *Mes*, pro quo Septuaginta Interpretes *Mosoch* dixerunt, nunc vocantur Mæones.

« Arphaxad genuit Sela, et Sela genuit Heber. Ex Heber nati sunt duo filii; nomen uni Phaleg, quia in diebus ejus divisa est terra, et nomen fratris ejus Jectan. » *Genes.* x, 24. Heber, a quo Hebræi, vaticinio quodam filio suo Phaleg nomen imposuit, qui interpretatur *divisio*, ab eo quod in diebus ejus linguæ in Babylone diviæ sunt.

« Jectan genuit Helmodad, et Saleph, et Asermoth, et Jare, et Aduram, et Uzal, et Decla, Ebal, Abimael, Seba, Ophir, Evila, et Jobab. » *Genes.* x, 26. Tredecim harum gentium posteriora nomina invenire non

(*a*) *Quibus Emessa nobilis Syriæ Cœles civitas.* Insigni mendacio libri antea editi posuerunt hoc loco *Edessam* urbem Mesopotamiæ pro *Emessa* Cœles Syriæ civitate. Consule tabulas geographicas et descriptionem Syriæ veteris. MARTIAN.

Je n'ai pu découvrir quels furent plus tard les noms de ces treize nations; sans doute, maintenant encore, éloignées de nous, ou bien elles portent leur nom d'autrefois, ou bien elles l'ont changé et nous ne les connaissons point. Elles possédèrent, depuis le fleuve de Cophène, toute la région de l'Inde appelée Hiérie.

« Et Aran mourut devant son père, sur la terre où il était né, dans la région des Chaldéens. » *Genes.* IX, 28. Au lieu de ces mots, dans *la région des Chaldéens*, nous lisons dans l'hébreu, dans UR CHEDIM (כשדים באור), c'est-à-dire dans *le feu des Chaldéens*. Il y a sur ce point, chez les Hébreux, une tradition que voici: Abraham aurait été livré aux flammes, parce qu'il n'avait pas voulu adorer le feu que les Chaldéens adorent, et, délivré par le secours de Dieu, il aurait échappé au feu de l'idolâtrie; c'est alors, comme on le lit plus loin, qu'il serait allé s'établir avec sa famille à Tharan, hors de la Chaldée, ce que le texte hébreu rapporte en ces termes: « loin du feu des Chaldéens. » Voilà comme il est dit ici: « Et Aran mourut en présence de Tharé, son père, sur la terre de sa naissance, dans les flammes des Chaldéens. » Sans doute il fut consumé par le feu qu'il ne voulut pas adorer. Le Seigneur dit plus tard à Abraham: « Je suis celui qui t'ai conduit hors du feu des Chaldéens. »

« Et Abraham et Nachor prirent des épouses. Celle d'Abraham s'appelait Sara; et celle de Nachor, Melcha, fille d'Aran. Or, le père de Melcha était aussi celui de Jesca. » *Ibid.* 29. Aran, fils de Tharé, et frère d'Abraham et de Nachor, eut deux filles, Melcha et Sara, surnommée Jesca. La première eut pour mari Nachor, et l'autre Abraham. La loi n'avait pas encore prohibé le mariage entre oncle et nièce; chez les premiers hommes, il avait même eu lieu entre frère et sœur.

« Abraham avait soixante quinze ans quand il sortit de Charra. » *Genes.* XII, 4, Ici naît une question insoluble. Si Tharé, père d'Abraham, engendra ce dernier alors qu'il habitait encore la Chaldée, à l'âge de soixante-dix ans, et s'il est mort ensuite à Chara dans la deux cent cinquième année de son âge, comment peut-il dire maintenant qu'après la mort de Tharé, Abraham sortant de Charra avait soixante-quinze ans, quand on nous montre qu'il s'est écoulé cent trente-cinq ans depuis la naissance d'Abraham jusqu'à la mort de son père. Elle est donc vraie cette tradition des Juifs, rapportée plus haut, qui dit que Tharé et ses fils échappèrent au feu des Chaldéens, qu'Abraham, entouré par les flammes des Babyloniens, en fut délivré par le secours de Dieu, en récompense de ce qu'il n'avait pas voulu adorer, et que les jours de sa vie et les années de son âge ne

potui; sed usque in præsens, quia procul a nobis sunt, vel ita vocantur, ut primum, vel quæ immutata sunt, ignorantur. Possederunt autem a Cophene fluvio, omnem Indiæ regionem, quæ vocatur Hieria.

« Et mortuus est (*a*) Aran ante patrem suum in terra, qua natus est in regione Chaldæorum. » *Genes.* XI, 28. Pro eo, quod legimus, *in regione Chaldæorum*, in Hebræo habetur, in UR CHESDIM (כשדים באור), id est *in igne Chaldæorum*. Tradunt autem Hebræi ex hac occasione, istiusmodi fabulam: Quod Abraham in ignem missus sit, quia ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, et Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit; quod in sequentibus scribitur, egressum esse *Tharam* cum sobole sua de regione Chaldæorum, pro quo in Hebræo habetur, *de incendio Chaldæorum*. Et hoc esse quod nunc dicitur: « Mortuus est Aram ante conspectum Thare patris sui in terra nativitatis suæ, in igne Chaldæorum, » quod videlicet ignem nolens adorare, igne consumptus sit. Loquitur autem postea Dominus ad Abraham: « Ego sum qui eduxi te de igne Chaldæorum. »

« Et sumpserunt Abram et Nachor sibi uxores. Nomen uxoris Abram, Sarai: et nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran. Pater autem Melchæ, ipse est pater Jescæ. » *Genes.* XI, 29. Aran filius Thare, frater Abraham et Nachor, duas filias genuit, Melcham, et Sarai cognomento Jescan, δεύτερον. E quibus Melcham accepit uxorem Nachor, et Sarai Abraham: necdum quippe inter patruos, et fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibitæ, quæ in primis hominibus, etiam inter fratres et sorores initæ sunt.

« Erant autem Abram septuaginta quinque annorum, quando egressus est ex Charra. » *Genes.* XII, 4. Indissolubilis nascitur quæstio: si enim Thara pater Abrahæ, cum adhuc esset in regione Chaldæa, septuaginta annorum, genuit Abram, et postea in Charra ducentesimo quinto ætatis suæ anno mortuus est; quomodo nunc post mortem Thare, Abram exiens de Charra, septuaginta quinque annorum fuisse memoratur, cum a nativitate Abræ usque ad mortem patris ejus, centum triginta quinque fuisse anni doceantur. Vera est igitur illa Hebræorum traditio, quam supra diximus, quod egressus sit Thara cum filiis suis de igne Chaldæorum; et quod Abram Babylonio vallatus incendio, quia illud adorare nolebat, Dei sit auxi-

(*a*) *Et mortuus est Aran*, etc. Manuscriptus codex Regius num. 2994 nonnulla addit hoc modo: *Phaleg genuit Ragau: Ragau genuit Sarach: Sarach genuit Nachor: Nachor genuit Thare, Thare genuit Abram et Nachor et Aran. Et mortuus est*, etc. MARTIAN.

lui furent comptés que depuis l'époque où il confessa le Seigneur, méprisant l'idole des Chaldéens. Il peut se faire encore, ce que l'Ecriture laisse incertain, que Tharé, parti de la Chaldée, soit venu à Charran quelques années avant sa mort, ou autrement il serait venu à Charran de suite après la persécution, et y aurait séjourné longtemps. Si quelqu'un est contraire à cette explication, qu'il cherche une autre issue; alors, il pourra désapprouver à bon droit ce que nous venons de dire.

« Abraham partit et alla dans le désert, et la famine se répandit sur la terre. » *Ibid.* 9. Ici et ailleurs, au lieu de désert, le texte hébreu porte *vers l'Auster*. Faisons-en la remarque une bonne fois.

« Les officiers de Pharaon la virent, la louèrent auprès de lui, l'introduisirent dans son palais; et Abraham prospéra à cause d'elle, et il eut des brebis, des troupeaux, des ânes, des esclaves, des servantes, des mulets et des chameaux. » *Ibid.* 15 et 16. Quoique la violence ne souille pas le corps des saintes femmes, mais le consentement libre, et qu'on puisse excuser Sara en ce que, dans un temps de famine, seule au milieu des Etats d'un prince étranger, elle ne pouvait lui résister, de l'aveu même de son mari, on peut néanmoins expliquer cette honteuse nécessité d'une autre manière. Selon le livre d'Esther, jadis, toute femme qui plaisait au roi était ointe pendant six mois d'huile de myrte; pendant six autres mois, passait par les parfums et les mains des femmes, et alors seulement était admise auprès du monarque. Par conséquent, il peut se faire que, Sara ayant plu au roi, puisque c'est dans le courant de l'année où se préparait son introduction qu'Abraham reçut de grands présents de Pharaon, celui-ci fut frappé par Dieu bientôt après, quand Sara n'avait pas encore été amenée dans sa couche.

« Abraham monta hors d'Egypte avec son épouse et tout ce qui lui appartenait; et Lot était avec lui dans le désert. Or, Abraham était fort riche en troupeaux, en argent et en or; et il s'en retourna par le désert jusqu'à Béthel, d'où il était venu. » *Genes.* XIII, 4. On dit avec raison qu'il monta, après avoir été délivré de l'Egypte. Mais ce qui suit semble en contradiction avec le sens général. Comment pouvait-il être fort riche en quittant l'Egypte? Cette difficulté se résout par le texte vrai, l'hébreu, où il est écrit: « Abraham était très-accablé; » βαρύς σφόδρα; le fardeau de l'Egypte l'accablait. Bien qu'il paraisse être question de richesses en troupeaux, en or et en argent, toutefois, puisqu'elles vien-

lio liberatus; et ex illo (*a*) tempore ei dies vitæ, et tempus reputetur ætatis, ex quo confessus est Dominum, spernens idola Chaldæorum. Potest autem fieri, ut quia Scriptura reliquit incertum, ante paucos annos Thara de Chaldæa profectus, venerit in Charran, quam mortem obierit. Vel certe statim post persecutionem in Charran venerit, et ibi diutius sit moratus. Si quis ergo huic expositioni contrarius est, quæret aliam soluiionem: et tunc recte ea, quæ a nobis dicta sunt, improbabit.

« Et proficiscens Abram, abiit in desertum: et fames facta est super terram. » *Genes.* XII, 9. Et in præsenti et in plurimis aliis locis, pro deserto, « ad Austrum, » scriptum est in Hebræo. Hoc igitur notare debemus.

« Et viderunt eam principes Pharaonis, et laudaverunt eam apud Pharaonem, et introduxerunt eam in domum Pharaonis; et Abram beneficit propter eam; et fuerunt ei oves, et armenta, et asini, et servi, et ancillæ, muli et cameli. » *Genes.* XII, 15 et 16. Licet corpus sanctarum mulierum non vis maculet, sed voluntas; et excusari possit Sarai, quod famis tempore sola regis in peregrinis locis, marito connivente, resistere nequiverit; tamen potest et aliter fœda necessitas excusari, quod juxta librum Esther quæcumque mulierum placuisset regi apud veteres, sex mensibus ungebatur oleo myrtino, et sex mensibus in pigmentis variis erat, et curationibus feminarum, et tunc demum ingrediebatur ad regem. Atque ita potest fieri, ut Sarai postquam placuerat regi, dum per annum ejus ad regem præparetur introitus, et Abrahæ Pharao multa donaverit, et Pharao postea sit percussus a Domino, illa adhuc intacta ab ejus concubitu permanente.

« Et ascendit Abram ex Ægypto ipse et uxor ejus, et omnia quæ illius erant; et Lot cum eo in desertum. Erat autem Abram dives valde in pecore, et argento, et auro; et abiit unde venit in desertum usque Bethel. » *Genes.* XIII, 4. Pulchre de Ægypto liberatus ascendisse dicitur. Sed occurrit huic sensui illud, quod sequitur: quomodo potuerit exiens de Ægypto fuisse dives valde? Quod solvitur illa Hebraica veritate, in qua scribitur: « Abram gravis vehementer, » hoc est, βαρὺς σφόδρα; Ægypti enim

(*a*) Et est tamen ex traditione illa Judaica, quam fabulosam paulo superius ipse Hieron. dixerat. Hanc est quoque Augustinus lib. XVI de Civit. Dei cap. 15, solutionem quæstionis probat. *Soluta est*, inquit, *quæstio ista et aliter, ut septuaginta quinque anni Abrahæ, quando egressus est de Charran, ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldæorum liberatus, non ex quo natus est, tamquam tunc potius natus habendus sit.* Melior itaque altera erit solutio, quam suppeditat Samaritanus textus, qui tantum *centum quadraginta quinque* Tharæ annos computat. Genuerit Thara Abram cum annos ageret septuaginta: Abram vero septuagesimo quinto ætatis suæ anno egressus fuerit e Charran, patre mortuo; efficienturque anni simul centum quadraginta quinque. MIGN.

nent d'Egypte, elles sont à charge au saint patriarche. Enfin, ne disons pas avec les Septante: « Il s'en retourna par le désert jusqu'à Béthel, d'où il était venu; » mais, avec l'hébreu: « Il s'en alla, suivant son chemin par l'Auster, jusqu'à Béthel. » S'il était parti d'Egypte, ce n'était pas pour entrer dans le désert, qu'il quittait avec elle; c'était pour venir, par l'Auster, qui est opposé à l'aquilon, jusqu'à la maison de Dieu, où avait été sa tente, entre Béthel et AÏ (aïl. Gaï).

« Et les Sodomites étaient grandement méchants et pécheurs, en présence de Dieu. » *Ibid.* 13. Ici, les Septante ont inutilement ajouté « en présence de Dieu, » puisque les Sodomites étaient méchants et pécheurs aux yeux des hommes (aïl. de tous). On appelle pécheur en présence de Dieu, celui qui peut paraître juste aux yeux des hommes, comme on dit de Zacharie et d'Elisabeth qu'ils furent justes l'un et l'autre devant Dieu, *Luc.* I, 6, et dans le psaume: « Tout vivant ne paraîtra pas juste en votre présence. » *Psalm.* CXLII, 2.

« Lève les yeux et regarde, du lieu où tu te trouves maintenant, vers l'aquilon, et vers l'Auster, et vers l'Orient, et vers la mer; toute la terre que tu vois, je la donnerai à toi et à ta postérité. » *Ibid.* 14 et 15. Les quatre points cardinaux sont désignés, l'orient et l'occident, le septentrion et le midi. Dans tous les textes de l'Ecriture, qu'il nous suffise de le dire une fois pour toutes, la mer est toujours prise pour l'occident, parce que la Palestine est située de telle sorte qu'elle a la mer au couchant.

« Et le roi de Balé, la même que Ségor. Tous se réunirent près de la vallée Salée, c'est-à-dire près de la mer du Sel. » *Genes.* XIV. 3. Balé, en hébreu, signifie κατάποσις, c'est-à-dire *consomption*. Les Hébreux rapportent qu'en un autre endroit des Ecritures elle est appelée *Salisa*, surnommée en outre μόσχον τριετίζουσαν, c'est-à-dire *génisse de trois ans*, sans doute parce qu'elle a été trois fois détruite par un tremblement de terre. I *Samuel.* IX, 4; *Isai.* XV, 5, ou que, depuis la destruction de Sodome, de Gomorrhe, d'Adama et de Ségoïm par le feu du ciel, on la surnomme aussi *la très-petite*. En effet, *Ségor*, en langue syriaque *Zoara*, se traduit par *petite*. Quant à la vallée des Salines, dont il est ici question, et où furent des puits de bitume, après la colère de Dieu et la pluie de soufre, elle s'est changée en mer Morte, que les Grecs appellent *marais Asphaltite*, c'est-à-dire *étang de bitume*.

« Et ils établirent des géants et avec eux de

pondere gravabatur. Et licet videantur esse divitiæ pecoris, auri, et argenti, tamen si Ægyptiæ sunt, viro sancto graves sunt. Denique, non ut in Septuaginta legimus: « Abiit unde venerat in desertum usque Bethel; » sed sicut in Hebræo scriptum est: « Abiit itinere suo per Austrum usque Bethel. » Idcirco profectus de Ægypto est, ut non desertum ingrederetur, quod cum Ægypto reliquerat; sed ut per Austrum, qui Aquiloni contrarius est, veniret ad domum Dei, ubi fuerat tabernaculum ejus in medio Bethel et Ai [al. *Gai*].

« Et viri Sodomorum mali et peccatores in conspectu Dei vehementer. » *Genes.* XIII, 13. Superflue hic in Septuaginta interpretibus additum est, « in conspectu Dei, » siquidem Sodomorum coloni apud homines [al. *omnes*,] mali et peccatores erant. Ille autem dicitur in conspectu Dei peccator, qui potest apud homines justus videri, quomodo de Zacharia et Elizabeth in præconio ponitur, quod fuerint justi ambo in conspectu Dei. *Luc.* I, 6. Et in Psalterio dicitur: « Non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. » *Ps.* CXLII, 2.

« Leva oculos tuos, et vide a loco in quo tu nunc es ad Aquilonem, et ad austrum, et ad orientem, et ad mare; quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam et semini tuo. » *Genes.* XIII, 13 et 16. Quatuor climata mundi posuit, orientem et occidentem, septentrionem et meridianum. Quod autem in omnibus Scripturis legitur, hic semel dixisse sufficiat, mare semper pro occidente poni: ab eo quod Palæstinæ regio ita sita sit, ut mare in occidentis plaga habeat.

« Et rex Bale, hæc est Segor. Omnes hi consenserunt (*a*) apud vallem Salsam, hoc est, mare Salis. » *Genes.* XIV, 3. Bale lingua Hebræa, κατάποσις, id est, « devoratio » dicitur. Tradunt igitur Hebræi, hanc eamdem in alio Scripturarum loco « Salisa » nominari (*b*); dicique rursum, μόσχον τριετίζουσαν, id est, « vitulam conterantem, » quod scilicet tertio motu terræ absorpta sit; I *Samuel* IX, 4; *Isai.* XV, 5. Et ex eo tempore, quo Sodoma et Gomorrha, Adama et Seboim divino igne subversæ sunt, illa « parvula » nuncupetur. Siquidem « Segor » transfertur in « parvam, » quæ lingua Syra « Zoara » dicitur. Vallis autem Salinarum, sicut in hoc eodem libro scribitur, in qua fuerunt ante putei bituminis, post Dei iram, et sulphuris pluviam, in mare Mortuum versa est; quod a Græcis λίμνη Ἀσφαλτῖτις, id est, « stagnum bituminis » appellatur.

« Et condiderunt gigantes in Astaroth Carnaim, et

(*a*) *Omnes hi consenserunt*, etc. Unus aut alter codex ms. legit, *hic consederunt apud vallem*, etc.; sed necessario retinendum *hi consenserunt;* quia in Hebræo est, *kol elle khubberu*, id est, *omnes isti convenerunt*. MARTIAN.

(*b*) *Salisa nominari*. Libro primo Samuelis cap. IX, 4, legimus hoc modo: *Et transiit per terram, Salisa*. Idem nomen *Salisa* occurrit in libris Regum. MARTIAN.

fortes nations dans Astaroth Carnaïm ; et les Ominéens dans la cité de Savé, avant qu'ils parvinsent à Sodome. » *Ibid.* 5. Quatre rois partis de Babylone exterminèrent les géants, c'est-à-dire les RAPHAIM (רפאים), tous les hommes forts de l'Arabie, et les Zozim dans Hom, et les Enîm dans la Savé, qui porte encore aujourd'hui ce nom. ZUZIM (זוזים) et ENIM (אימים) s'interprètent par terribles et épouvantables ; les Septante, traduisant plutôt d'après le sens que mot à mot, ont mis *nations très-fortes*. Quant à *Baem*, qu'ils ont rendu par ἅμα αὐτοῖς, *avec eux*, ils ont cru qu'il s'écrit par Hé (ה), trompés par la ressemblance des lettres, alors qu'il est écrit par HETH. BAEM s'écrit par trois lettres (בחם) ; si celle du milieu est HÉ, il signifie *avec eux* ; si c'est HETH, comme en ce passage, il désigne un lieu, c'est-à-dire dans HOM (בחם).

« Et revenant, ils vinrent près de la fontaine du jugement, qui est Cadès. » *Ibid.* 7. Ce nom, qui ne lui a été donné que dans la suite, est mis ici par anticipation. On désigne un lieu près de Pétra, qui est appelé Fontaine du jugement, parce que là Dieu jugea le peuple. « Et ils frappèrent toute la région des Amalécites et des Amorrhéens, située autour d'Asasonthamar. » C'est la forteresse qui porte maintenant le nom d'Engaddi, riche en baume et en palmes. Asasonthamar répond en notre langue à *ville des Palmiers*, Thamar se traduisant par *palmier*. Nous qu'à la place des mots qui suivent peu après : « Et ils dirigèrent contre eux une armée pour le combat dans la vallée des Salines, l'hébreu dit dans la vallée de Seddim (שדים), τῶν περιπεδίων, entourée de plaines, d'après Aquila, et τῶν ἄλσων, des bois, d'après Théodotion, qui veulent éveiller l'idée de bosquets agréables.

« Et ils enlevèrent toute la cavalerie de Sodome et de Gomorrhe. » *Ibid.* 11. Au lieu de cavalerie, l'hébreu écrit RACHUS (רכש), c'est-à-dire *biens*.

« Et celui qui avait fui annonça Abraham au passant. Pour lui, il était assis au pied du chêne de Mambré l'amorrhéen, frère d'Eschol, et frère d'Aunam, qui étaient alliés d'Abraham. » *Ibid.* 13. Là où nous avons dit *au passant*, l'hébreu porte IBRI (עברי), qui signifie, en effet, *passant*. A ce passage : « Au pied du chêne de Mambré l'amorrhéen, » nous lisons mieux, dans l'hébreu : « Au pied du chêne de Mambré l'amorrhéen, frère d'Escol, et frère, non pas d'*Aunam*, selon la version des Septante, mais d'*Aner*. » On montre par là que Mambré, Escol et Aner, amorrhéens et frères, étaient alliés d'Abraham.

« Et il les poursuivit jusqu'à Dan. » *Ibid.* 14. Jusqu'à la ville de Phénicie maintenant appelée *Panéas*. *Dan* est une des sources du Jourdain. Le reste, *Jor*, se traduit par ῥεῖθρον, c'est-à-dire *ruisseau*.

gentes fortes simul cum eis ; et Ominæos in Save civitate, antequam Sodomam pervenirent. » *Genes.* XIV, 5. Quatuor reges profecti de Babylone, interfecerunt gigantes, hoc est RAPHAIM (רפאים), robustos quosque [al. *quoque*] Arabiæ, et Zozim, in Hom, et Emim in civitate Save, quæ usque hodie sic vocatur. ZUZIM (זוזים) autem et EMIM (אימים) terribiles et horrendi interpretantur ; pro quo Septuaginta, sensum magis quam verbum ex verbo transferentes, « gentes fortissimæ » posuerunt. Porro BAEM, pro quo dixerunt, ἅμα αὐτοῖς, hoc est « cum eis, » putaverunt scribi per HE (ה), ducti elementi similitudine, cum per HETH scriptum sit. BAEM (בחם) enim cum per tres litteras scribitur : si mediam HE habet, interpretatur, « in eis ; » si autem HETH, ut in præsenti, locum significat, id est, IN HOM (בחם).

« Et revertentes venerunt ad fontem judicii, hæc est Cades. » *Genes.* XIV, 7. Per anticipationem dicitur, quod postea sic vocatum est. Significat autem locum apud Petram, qui fons judicii nominatur ; quia ibi Deus populum judicavit. « Et percusserunt omnem regionem Amalecitarum et Amorrhæorum sedentem in Asasonthamar. » Hoc oppidum est, quod nunc vocatur Engaddi, balsami et palmarum fertile. Porro Asasonthamar, in lingua nostra resonat, « urbs Palmarum. » Thamar quippe « palma » dicitur. Sciendum autem pro eo, quod post paululum sequitur : « Et direxerunt contra eos aciem ad bellum in valle Salinarum, » in Hebræo haberi, in valle SEDDIM (שדים) : quod Aquila interpretatur τῶν περιπεδίων, Theodoti, τῶν ἄλσῶν, amœna nemora significantes.

« Et tulerunt omnem equitatum Sodomorum et Gomorrhæ. » *Genes.* XIV, 13. Pro equitatu in Hebræo habet RACHUS (רכש), id est « substantiam. »

« Et qui fugerat, nuntiavit Abram transitori. Ipse vero sedebat ad quercum Mambre Amorrhæi fratris Eschol, et fratris Aunam, qui erant conjurati Abrahæ. » *Genes.* XIV, 13. Pro eo, quod nos posuimus, « transitori, » in Hebræo scriptum est IBRI (עברי), hoc enim « transitor » exprimitur. Quod autem ait : « apud Quercum Mambre Amorrhæi, » melius in Hebræo legimus : « apud quercum Mambre Amorrhæi fratris Escol, et fratris, » non « Aunam, » ut Septuaginta transtulerunt, sed « Aner » : ut ostenderet Mambre, et Escol, et Aner Amorrhæos atque germanos, socios fuisse Abrahæ.

« Et persecutus est eos usque Dan. » *Genes.* XIV, 14. Ad Phœnicis oppidum, quod nunc *Paneas* dicitur. *Dan* autem unus e fontibus est Jordanis. Nam et alter vocatur *Jor*, quod interpretatur ῥεῖθρον : id est, *rivus*. Duobus ergo fontibus, qui haud procul a se

Deux sources qui jaillissent à peu de distance l'une de l'autre, ayant marié leurs eaux, prennent ensuite le nom de *Jourdain*.

« Et Melchisédech, roi de Salem, apporta du pain et du vin, et comme il était lui-même prêtre du Dieu très-haut, il le bénit. » *Ibid.* 18. Cet opuscule est un recueil de questions hébraïques et de traditions. Rapportons donc ce que les Hébreux pensent au sujet de ce passage. Ils disent que Melchisédech n'est autre que Sem, fils de Noé. Calculant les années de sa vie, ils montrent qu'il vécut jusqu'au temps d'Isaac, ajoutant que tous les premiers-nés de Noé furent pontifes jusqu'au jour où Aaron prit le sacerdoce. Roi de Salem ou roi de Jérusalem, cette ville ayant d'abord porté le nom de Salem. Le bienheureux Apôtre, dans son épître aux Hébreux, VII, 3, rappelant que Melchisédech n'a ni père ni mère, y voit la figure de Jésus-Christ, et par Jésus-Christ celle de l'Eglise universelle. Toute la gloire de la tête est rapportée aux membres, en ce qu'étant incirconcis, il a béni Abraham circoncis, et dans Abraham Lévi, et par Lévi Aaron, d'où est ensuite sorti le sacerdoce. Saint Paul veut prouver par là que le sacerdoce de l'Eglise incirconcise a béni le sacerdoce circoncis de la synagogue. Quant à ces mots : « Vous êtes prêtres pour l'éternité, selon l'ordre de Melchisédech, » *Psalm.* CIX, 4, ils désignent notre mystère dans le mot sacramentel. Des victimes sans raison ne doivent plus être immolées en vain selon le rite d'Aaron ; il faut offrir le pain et le vin, c'est-à-dire le corps et le sang du Seigneur Jésus-Christ.

« Seigneur Dieu, que me donnerez-vous? Je m'en vais sans enfants, et il n'y a ici que le fils de ma servante Masec, Damascus Eliézer. Et Abraham dit encore : Voilà que vous ne m'avez point donné de postérité, et le fils de ma servante sera mon héritier. » *Genes.*, XV, 2, 3. Où nous avons : « le fils de Masec, ma servante, » l'hébreu porte : UBEN MÉSEH BÉTHI, qu'Aquila rend par : ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, c'est-à-dire « le fils de celui qui donne à boire à ma maison, » et Théodotion par : καὶ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μόυ, c'est-à-dire « et le fils de celui qui administre ma maison. » Il veut dire : Je meurs sans enfants, et le fils de mon intendant, de mon administrateur, qui procure et distribue toutes les provisions de bouche à ma famille, et qui s'appelle Damascus Eliézer, sera mon héritier. *Eliézer* se traduit par *mon Dieu qui aide*. On dit que ce Damascus fonda Damas et lui donna son nom.

« Moi ton Dieu, qui t'ai conduit hors du pays des Chaldéens. » *Ibid.* C'est là, nous l'avons dit plus haut, que le texte hébreu porte : « qui t'ai conduit hors de UR CHESDIM, » c'est-à-dire du feu des Chaldéens.

« Il les plaça mutuellement en face, et ne sépara point les oiseaux. Ceux-ci descendirent sur leurs cadavres et sur leurs divisions, et Abra-

distant, in unum rivulum fœderatis, *Jordanis* deinceps appellatur.

« Et Melchisedech rex Salem protulit panem et vinum, et ipse Sacerdos Dei excelsi, et benedixit ei. » *Genes.* XIV, 18. Quia semel opusculum nostrum, vel Quæstionum Hebraicarum, vel Traditionum congregatio est, propterea quid Hebræi de hoc sentiant, inferamus. Aiunt hunc esse Sem filium Noe ; et supputantes annos vitæ ipsius, ostendunt eum ad Isaac usque vixisse, omnesque primogenitos Noe donec sacerdotio fungeretur Aaron, fuisse pontifices. Porro Salem, rex Jerusalem dicitur, quæ prius Salem appellabatur. Melchisedech autem beatus Apostolus ad Hebræos, VII, 3, sine patre et matre commemorans, ad Christum refert, et per Christum ad gentium Ecclesiam. Omnis enim capitis gloria refertur ad membra, eo quod præputium habens, Abrahæ benedixerit circumciso, et in Abraham Levi, et per Levi Aaron ; de quo postea sacerdotium. Ex quo colligi vult, sacerdotium Ecclesiæ habentis præputium, benedixisse circumciso sacerdotio Synagogæ. Quod autem ait : « Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, » *Ps.* CIX, 4, mysterium nostrum in in verbo ordinis significatur ; nequaquam per Aaron irrationalibus victimis immolandis, sed oblato pane et vino, id est, corpore et sanguine Domini Jesu.

« Domine Deus, quid dabis mihi ? Et ego vado sine liberis : et filius Masec vernaculæ meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram : Ecce mihi non dedisti semen, et filius vernaculæ meæ hæres meus erit. » *Genes.* XV, 2, 3. Ubi nos habemus : « et filius Masec vernaculæ meæ, » in Hebræo scriptum est : UBEN MESECH BETHI, quod Aquila transtulit : ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, id est : « filius potum dantis domui meæ. » Theodotio vero : καὶ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μόυ, id est : « et filius ejus, qui super domum meam est. » Quod autem dicit, hoc est : Ego sine liberis morior, et filius procuratoris mei, vel villici, qui universa dispensat et distribuit cibaria familiæ meæ, vocaturque Damascus Eliezer, hic meus hæres erit. Porro *Eliezer* interpretatur, *Deus meus adjutor*. Ab hoc aiunt Damascum et conditam, et nuncupatam.

« Ego Deus, qui eduxi te de regione Chaldæorum. » *Genes.* XV, 7. Hoc est, quod paulo ante diximus in Hebræo haberi : qui eduxi te de UR CHESDIM, id est, de incendio Chaldæorum.

« Et posuit ea contra faciem invicem ; aves vero non divisit. Descenderunt autem volucres super ca-